

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

88

1312, maio, 4  
*foro*

*O cabido afóralle a dúas voces a Domingo Pérez, dito Bo, unha herdade e unha leira en Piñor, coa condición de plantar viña en catro anos e árbores, por doux puzais de viño os catro primeiros anos e logo doux moios.*

ACOu, *Escrituras IV*, 10

Noverint universi quod Gundisalvus Nuni decanus et capitulum auriense dant et concedunt ad forum vobis Domenico Petri dicto Boo moratori in Pinnol et duabus vocibus post mortem vestram, videlicet filio et nepoti, illam hereditatem quam thesaurarius quondam Johanes Petri de Pinnol a capitulo tenuit arrendatam in vita vestra, videlicet hereditatem de Peyçales subtus viam que tendit ad Mugares et unam leyram in Sancta Tecla. Dant vobis dictam hereditatem ut habeatis et possideatis eam vos et dicte voces in tota vita vestra, et plantetis de vinea quicquid in dicta hereditate aptum fuerit ad plantandum usque ad quatuor annos proximo venituros ab era istius carte in antea. Et plantabitis arborea in illis locis qui non fuerint apti ad vineam secundum quod iusum fuerit duobus de capitulo. Et excolatis bene vineas ita quod non deficiant per culturam et propaginetis et plantetis qui cquid ibi de vinea aptum fuerit ad pantandum in termino supradicto. Et detis inde annuatim in salvo dicto capitulo in primis quatuor annis proximo venitoris duo puçalia vini in torculari et postea dabitis annuatim duos modios vini prefato capitulo in salvo in torculari non obstante grandine vel gelu seu qualibet alia temporis tempestate. Et si per impotentiam vel negligentiam cultura dicte hereditatis omissa fuerit vel aliqua ex hiis que superior sunt comprehensa non fuerint observata, licitum sit capitulo supradicto dictam hereditatem autoritate propria monitione prehabita prout ipsam invenerit, recipere et habere sine contradictione aliqua. Et ad mortem vestram et dictarum personarum si dicta hereditas non fuerit reparata et culta bene, reparetur per bona vestra. Et si contencio super aliquo inter vos et capitulo orta fuerit, per duos de capitulo terminetur omni appellatione cessante. Et ad hoc sit complendum predictus Domenicus Petri per se et successoribus suis obligat se et omnia bona sua tam habita quam habenda. Et insuper dat fideiussorem presentem et consentientem et omnia bona sua ad hanc fideiussionem obligantem Dominicum Petri moratorem in Ceredo. Et si forte dictus Domenicus Petri decesserit detis alium fideiussorem sufficientem loco eius, qui teneatur ad omnia supradicta. Et sic semper in dicto termino obseruetur. Et capitulo cum dicta hereditate debet vos deffendere ad directum. Actum fuit hoc Aurie <sup>iiii<sup>a</sup> die mensis madii, era m<sup>a</sup> ccc<sup>a</sup> l<sup>a</sup>. Presentibus Roderico Guterrii et Stephano Petri clericis chori, Gunsalvo Petri rectore Sancte Eufemie (...) Bartholameo Petri scriptore cantoris.</sup>

Et ego Alffonsus Vivi(ani ... au)riensis cancellarius eiusdenque civitatis per reverendum patrem dominum (...) gratia auriensem episcopum deputatus ad notulas domini Bartholomei (...) qui dictam literam divisam per alphabetum ...).